& plusc̃ula alia ad causas, sig̃, et naturam, ac proprietatem morborũ per tinentia q̃ specialim non refero ne transcribam.7.

1940

Philaretus De pulsibus. 3178.

Philaretus quidam solo hoc nomine mihi cognitus In Medicorũ gratiã edidit libellum quendam de pulsibus In quo docet In primis quid sit pulsus, et q̃ ejus vtilitas, et quid sit arteria ac vnde dicatur et exoriatur, deinde quot sint pulsuum differentiæ, atq; genera, et quibus Judicijs de pulsu Judicari possit bonus ne sit aut contra affectionis Judex. quibus quidem si verbum addidero mentiar.7.

1941

Theophilus De vrinis. 3178.

Habent Medicinæ professores libellum quendam artis suæ accomodatissimũ de vrinis a Theophilo quodam editum qui sane quisquis extitit hoc non poenitendũ In medicorum qui praxim exercent laboris subsidium effecit q primũ eis definiuit quid sit vrina. deinde In quo loco nascatur, et fertio locũ In quo discernitur. post q̃ docuit vrinarũ genera species, et differentias ac quid vnaq̃q; secundũ dispositionis sue varietatem profendat præterq̃ mihil abeo expetitus reliqui.7.

1942

Hypocratis Jusjurandum. prognostica et Aphorismi. 3178.

Hypocrates cous medicorũ facile ante signanus tres edidit libros prognosticorum quibus mirũ In modũ medicorũ vtilitati consuluit. collegit enim In eis canones ad cujusuis pene egritudinis qualitatem atq; conditionẽ cognoscen